

Rhodanus exundavit, ut copias messium denegaret; A Rhodanus obiit; propter cuius transitum interfici sunt et intra Italiam ita fluvii exundaverunt, ut dannata duo medici, Nicolaus et Donatus. agricolæ paterentur.

Anno II cons. Tiberii Constantini Augusti, ind. xiv.  
Ea indictione, mense Septembri, Austregildis re-

Eo anno Mummolus patricius cum uxore et filiis, et multitudine familiæ ac divitiis multis, in marca Childeberti regis, id est, Avinione, confugit

## APPENDIX

### AD MARII, AVENTICENSIS EPISCOPI, CHRONICON,

AUCTORE IGNOTO, SED PERANTIQUO.

Usque hic Marius episcopus.

Anno III Tiberii Aug., ind. xv.

Anno IV Tiberii Aug., ind. i.

Anno V Tiberii Aug., ind. ii.

Anno VI Tiberii Aug., ind. iii.

Anno VII Tiberii Aug., ind. iv.

Gothi sub Ermengildo Leubegildi regis filio bisaric  
divisi, mutua cæde vastantur.

*Indictione v.*

Mauricius annis XXI Suevi a Leubegildo rege ob-  
tentis, Gothis subjiciuntur.

*Indictione vi.*

Gothi Recarido rege intendente, a fide catholica  
revertuntur.

Avares adversus Romanos dimicantes, auro magis  
quam ferro pelluntur.

Phocas annos IX. Iste seditione militari imperator  
factus, Mauricium Augustum nobiliumque multos....  
[Leg. interfecit].

Hujus tempore Parisini et Veneti per Orientem ve-  
gyptum civile bellum faciunt, ac se mutua cæde  
prosternunt. Prælia quoque Persarum gravissima  
adversus rempublicam excitantur, a quibus Romani  
fortiter debellati, plurimas provincias et ipsam Hie-  
rosolymam amiserunt.

Heraclius quinto imperii sui dum fungitur anno,  
Sisebotus Gothorum rex in Spania plurimas Romanæ  
militiæ urbes, quarto regni sui sibi bellando sub-  
sistit; et Judæos sui regni subditos, præter eos qui fuga-  
larsi sunt ad Francos, ad Christi fidem convertit.

Hujus imperoris temporibus, ad usque imperii  
sui annum 44, et Chlotacarii glorioissimi Franco-  
rum principis regni sui annum 40, multa reipublicæ  
partibus, ubique pene a diversis gentibus dispendia  
illata fuere.

Hujus tempore Persi Calcidoniam usq[ue] pervene-  
rant.

B Huni murum longum interrumpentes, et ad mo-  
nia Constantinopolis peraccedentes, cum prædicto  
imperatore, mutuo in muro stante [Forte stantes]  
collocuntur; qui acceptum ab eo pacis pretium, ad  
tempus recedunt.

Per idem tempus divisa in tribus olim regnis Fran-  
cia, in uno a præfato rege Francorum regnum con-  
jungitur; alique persequente Theuderico rege ger-  
manum suum Austrasiorum regem Theudebertum,  
vincentes Franci in Burgundiam moventes Austra-  
sios, ad extreum ipsum occiderunt. Nec mora, vi-  
ctor Theudericus Mettis cum obiisset, Sigoberto fi-  
lio parvulo eum avia sua Brunibilde, regnum male  
usurpatum reliquit; qui vivente adhuc germano suo,  
nepotem suum ad petram in albis elidi jussit.

C Per idem tempus victi filii sui a rege præfato Chlo-  
tacario capiuntur; ac præfata regina, prædictorum  
avia, ab eo capta, diversoque poenarum genere affli-  
cta, deinde camelio imposita, multis suis spectaculum  
præbuit: postremo scrofissimo [Forte ferocissimum]  
colligata pedibus equi tergo, extreum spiritum ex-  
halavit. Cujusque deinceps corpusculum incenden-  
tes populi, sepulcrum ignis fuit; ad deinceps judi-  
cium paternum sine misericordia in germano et ne-  
pote quondam datum, in filiis redundavit; eosque a  
quibusdam, ut aiunt, interemptos, monarchiam præ-  
nuncuparii rex in tribus regnis obtinuit; quam fel-  
liciter religioseque gubernans, nunc cum prioribus  
regni sui anno 40 vitam dicit.

Fiant igitur ab exordio mundi usque in æram  
præsentem, id est, 44 Heraclii et Chlotacarii regis  
annum 40, anni MDCCCLXII.